





2411  
B. C. D.  
COLLEGII FEVDALIS  
AD  
B. STRYCKII EXAMEN IURIS FEVD.  
CAP. XIX.  
DISPVT. X.

DE  
SPECIALI IURIS FEV-  
DALIS ALTERO  
CONTRACTVS CIRCA FEV-  
DVM ET SVB INFEVDATIONEM  
NVNC ADDVCENTE  
IN ALMA NORICORVM

<sup>SVB</sup>  
P R A E S I D I O  
D. HENRICI HILDEBRANDI  
CONSIL. NORIC. ET PAND. P. P.  
PLACIDAE AVDITORVM DISQVISIONI  
PROPOSITA

AD. D. VII. ID. OCTOBR. A. O. R. c<sup>o</sup> 1000xxv.

A  
IO. CAROLO SCHEVRL  
DE DEFERSDORF.

---

ALTDORFI

LITERIS IODOCII GVILIELMI KOHLESII, ACAD. TYPOGR.

COLLEGII FÉVDALIS

IN STRICKH EXAMEN TRIAS FÉVD.

CAP. XIX.

DE VI.

SPECIALI IURIS FÉV.

DATI AL TERO.

CONTRACTVS CIRCA FÉV.

ADAM ET SUB INFEVDATIONEM

AD C. ADDUCENTE

PER M. E. V. D. V. O.

D. HENRICH HILDEBRANDI

COGNI NOMINE ET PAND. P. P.

STUDII A. D. B. O. R. W. D. E. O. R. N. I. O. M.

AD D. M. II. OCTOB. A. O. R. I. S. S. I. S. S. I. N.

IO. CAROLO SCHEVRI

DE GEMERDORF

M. S. P. O. R. T. A.

IN HIS MODIS GUILIELMI KONSTELI ACAD. M. S. P. O. R. T. A.



THESIS I.



Egotium feudale quintum in altero nostræ tractationis speciali membro nunc tractandum, constituunt contractus circa feudum iniri liciti vel non, hos inter cum primis sub-

infeudatio, die *Uffter-Belehnung*. (a)

(a) B. Stryck. *E. F. cap. 19. per tot.* Horn. *Jurispr. feud. Longob. Teuton. c. 19. per tot.* Struv. *S. F. cap. 12. aph. 10. & seq.* Th. II.

Sicuti vasallus omnes utilitates ex feudo capit, ita ad hujus utilitatem omnes contractus & conventiones valide quidem celebrat, quibus nec conditio domini, nec agnatorum vel simultanee investorum deterior redditur; sed absq; horum consensu feudum alienare, permutare, donare, in solutum dare, oppignorare, & hypothecare potest vel minime, nisi pacto, legibus, statutis vel moribus sit hoc eidem concessum; (a) in feudis Imperii aliud regulariter obtinere haud opinamur, licet quoad res eorundem singulares alii contrarium statuere gestiant. (b)

(a) Struv. *S. F. c. 12. §. 9.* Stryck. *c. 19. q. 2. & 3. atque seqq.* (b) Horn. *J. F. L. c. 19. §. 2. & §. 10.*

Th. III.

Quanquam & dotis datio, & emphyteuticatio rei feudalis, & ususfructus in eadem con-

stitutio, censeantur species alienationis esse, nec tamen feudi dationem in dotem ab ipsa uxore factam, (a) nec omnem ubiq; emphyteuticationem, (b) nec census & ususfructus aliusque juris constitutionem, deficient licet consensu domini, vasallo prohibitam putamus. (c)

(a) Stryck, *E. F. c. 19. q. 3. 4. § 5. ibique* Winziger.

(b) Ludvvell. *Synops. feud. c. 17. p. m. 362. in fin.*

(c) Horn. *cit. J. F. c. 10. aph. 8.*

Th. IV.

Imo nec locationem feudi sive ad modicum, sive ad longum tempus, nec transactionem, nec compromissum de feudo absque consensu domini, vasallo jure interdicti autumamus; (a) quamvis in transactione & compromisso domini consensum adhibere tutius, (b) & de ipsis feudis Imperii Regalibus, litibus circa eadem exceptis, compromittere haud licitum ducamus. (c)

(a) Ludvvell. *synops. feud. c. 15. p. m. 307. § 309.*

(b) Stryck, *E. F. c. 19. q. 17. Struv. S. F. c. 16. § 12.* (c) *Ord. Cam. p. 2. tit. 7. Stryck. Ex. Feud.*

*c. 19. lb. 22.*

Th. V.

Quemadmodum consensus domini immediati ad certum tempus alienationi & hypothecationi feudi accommodatus, ultra non porrigitur; ita in sortem alienationemque dati extensionem ad oppignorationem & usuras non semper

semper iniquam existimamus, licet ex solius contractus confirmatione hac formula facta :  
**Wir bestättigen und confirmiren diesen contract,**  
 absque uberiori adjuncta hac clausula : sondern  
 consentiren auch als Lehn-Herr in diese Vereu-  
 ßerung und Verpfändung/existentiam ejusdem  
 jure penegemus. (a)

(a) Horn. *J. F. L. c. 19. §. 3. 4. usque ad 9.* Stryck. *E. F. c. 19. q. 10. u. que ad 15.* Idem in *diff. de oblig. feud. consensu munit. c. 3. n. 31. §. n. 44. & seqq.*  
 Th. VI.

Prouti in alienatione feudi a vasallo rite ob-  
 eunda, consensum domini sub pœna amit-  
 tendi feudi requirimus; ita quoque in aliena-  
 tione domini directi a domino suscipienda,  
 vasalli consensum non semper exclusum equi-  
 dem arbitramur, sed ejusmodi privationis pœ-  
 nam sibi locum heic vendicare nullum, bene  
 tamen nullitatis effectum, verius statuimus. (a)

(a) B. Stryck. *E. F. c. 19. q. 16. ibique* Winzig. *Struv. S. F. c. 13. aph. 1. n. 3. & seqq. & aph. 8. n. 14.*  
 Anton. *disp. feud. 9. th. 6. & 7.*  
 Th. VII.

Dominum vasallo invito jus Vasallagii, &  
 vasallum Domino invito feudum, si id nec  
 intempestive nec fraudulenter fiat, refutare,  
 renunciare, vel quod idem est, cedere, abiret-  
 ten / aufkündigen oder heyngeben / posse, equi-  
 dem

dem censemus, sed sub refutatione omnium feudorum, impropria quoque contineri vix nobis persuademus; licet si hæcce feudorum cessio remotiori agnato vel extraneo sit facta, domini & agnatorum consensum omnino exigamus. (a)

(a) Struv. *S. F. c. 12. aph. 11. & 14.* Ludvvell *synops. feud. c. 15. p. m. 309.* Mauriti. *dec. 13. pos. feud. 10.* Th. VIII.

Subinfeudatio die *Vffterbelehnung* / licet ipsa quædam alienatio atque incio domino a vasallo suscepta sit, ita valet, ut vasallus alii æque habili, vel partem sui feudi quotam, sein *Ethn zur helffte / drittheil oder viertheil* / vel certum prædium & mansum, imo & totum feudum, sub conditione fidei sibi præstandæ, in feudum iterum concedere, zum *Vffterlehn geben* / jure feudali possit, nisi pacto aliud speciatim sit conventum, eo tamen pactum simplex de feudo non alienando minime extendendū judicamus. (a)

(a) 2. *F. 34.* Struv. *S. F. c. 12. aph. 10. & seqq.* Horn. *cit. trad. c. 19. §. 11. & 12.* Mauriti. *dec. 13. pos. feud 5.* Ludvvell. *synops. feud. c. 15.* Stryck. *c. 19. q. 24.* Th. IX.

Feuda Imperii Regalia utut sint regulariter secundum textum 2. *F. 55.* individua; usu Germaniæ tamen nec in eisdem subinfeudationem vel in toto feudo, vel in parte feudi quota prohibitam censemus. (a)

(a) Horn.



(a) Horn. *Jurispr. feud. Long. c. 19. §. 12. Maurit. dec. 13. posit. feud. 7. Iter. de feud. Imp. c. 22. §. 5. Bruckner. dissert. de partic. Territ. subinfeud. von der Offterverlehnten Landes-Herrschaft. cap. 2. §. 13. per tot. ubi varia exempla horum subfeudorum Imperii adducit.* Th. X.

Quamvis subinfeudatio (1) eisdem conditionibus ac investitio, & subinfeudatus æque idoneus esse ad servitia ac vasallus, & sic nec clerico, nec ecclesiæ, ut & (2) absque fraude ea fieri, hincque feudi venditionem haud involvere debeat; tamen nec pecuniæ interventum respuit, nec æqualem in subinfeudato dignitatem requirit, nec subvasalli uberiolem subinfeudationem in infinitum permissam excludit, (a) nec, si subinfeudans minus idoneum subinvestiverit, actutum eundem suo feudo privat. (b)

(a) Struv. *S. F. c. 12. apb. 11. Maurit. dec. 13. posit. feud. 6.* (b) Kohl. *de subfeud. c. 2. n. 25.*

Th. XI.

Subvasallus der *Offter-Lehnmann* / etiamsi ipse & superioris, primi vel mediati domini feudi vasallus ratione subfeudi obtenti dici quoque possit, nec hunc offendere, quinimo eidem in subsidium adeo servire debeat; (a) renovationem tamen investituræ a domino suo immediato secundo vel subinfeudante solummodo petit, eidem fidelitatem jurat, servitia princi-

principaliter præstat, forum coram eodem, jurisdictionem ratione subfeudi exercente, fortitur, hujus consensum ad alienationem requirit, eidem feudum aperit, & ob feloniam amissum iterum reddit. (a)

(a) Struv. *S. F. c. 12. aph. 12. § 13.* Kohl. *de subfeud. c. 4. n. 38. § 45.* Horn. *J. F. L. c. 19. §. 12*  
Th. XII.

Dominium utile subvasalli, quod est nactus in subfeudo, tamdiu existere quidem censetur, quamdiu jus infeudantis durat, (a) sed si eo mortuo subinfeudatus dominum superiorem recognoscere, & ipsi servitia & conventa onera præstare ulterius paratus sit, solo tamen jure agnatorum non consentientium excepto; (b) vel res subinfeudari solita sit, (c) vel feudum sit mere & absolute hæreditarium aut alienabile, vel dominus feudi primus & medius secundi & immediati subinfeudantis hæres existat, (d) vel denique consensu domini primi subinfeudatio firmata deprehendatur, jus subinfeudati longius etiam in præjudicium domini feudi superioris & primi durare omnino statuimus.

(a) Struv. *S. F. c. 12. §. 13. n. 6. § seqq.* (b) *2. F. 9.*  
Ludvvell. *synops. feud. c. 15. p. m. 321. § 322.*  
Stryck. *E. F. c. 19. q. 32.* (c) Struv. *cit. loc.*  
(d) Stryck. *E. F. q. 31. in fin.*

Altdorf, Diss., 1775

ULB Halle

3


004 754 719



f

TA → OL nu Ashill

V<sub>D</sub>  
18



2411

B. C. D.  
COLLEGII FEVDALIS

AD  
B. STRYCKII EXAMEN IVRIS FEVD.  
CAP. XIX.

DISPVT. X.

DE  
SPECIALI IVRIS FEV-  
DALIS ALTERO  
CONTRACTVS CIRCA FEV-  
DVM ET SVB INFEVDATIONEM  
NVNC ADDVCENTE  
IN ALMA NORICORVM

<sup>SVB</sup>  
P R A E S I D I O  
D. HENRICI HILDEBRANDI  
CONSIL. NORIC. ET PAND. P. P.  
PLACIDAE AVDITORVM DISQVISIONI  
PROPOSITA

AD. D. VII. ID. OCTOBR. A. O. R. c1s 1000xxv.

A  
IO. CAROLO SCHEVRL  
DE DEFERSDORF.

ALTDORFI

LITERIS IODOCII GVILIELMI KOHLESII, ACAD. TYPOGR.

